PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ISIDORUS HISPALENSIS

Salzburg, 1470

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

filii carissimi quo censeamini vocabulo
Monachus id est unus. Non decet monachum
velle habere et nolle nisi in non peccando
Sit vobis velle et nolle hoc unum omnibus
bonis in rebus licitis obedire. Nec sint
vobis plura precepta ut faciatis Non est
obediens sed negligens qui sermonem expec-
tat mandati Ad unius dei iussionis vo-
cem Petrum et andream relictis retibus et
omnibus que habebant dominum secutos esse ves-
tigia. hoc semper vera optat obediencia numquam
sue obtemperare voluntati Sed reveren-
ter aliene. Istud nempe in ultima cena ex-
emplum christus reliquit cum suorum ab-
luens pedes discipulorum. Petro dixit quod non
obediens fieret non haberet partem secum
Idcirco dilectissimi filii Sic vobis unum
est nomen monachi ita sit unum velle et
unum nolle. Bonum est enim et iocundum ha-
bitare fratres in unum
Nec sit in vobis maior nec minor
Sed qui presbiter est fiat sicut iunior
ne videlicet regum gencium instar qui
maior est in vobis dominetur ceteris fratribus
ut ab eis gaudeat superuacuis laudibus
S; attolli. Ad exemplum regis ihesu christi
maior humilitate efficietur quasi minor
quibus regendis preest Sit enim vester maior

6 +